

incertus, sanus tamen & incolumis testamentum meum de bonis michi a deo concessis in meorum remissionem peccatorum condo & ordino in hunc modum. Ecclesie vpsalensi do unum solidum terre in loaskialf in parochia belingh. Fratribus predicatoribus sictione si in hac via extra regnum me mori contigerit tres solidos terre in endistum in parochia dalby. Ecclesie nes duos solidos terre ibidem. Ecclesie dalby dimidium sol. terre ibidem. Preterea dilecte vxori mee hulmfridi. vnam marcam terre patrimonium meum in rwetum. Item do sibi de curia quam dedit michi frater karolus, frater patris mei medietatem omnium terrarum & omnium mobilium ibidem. Testes istius ordinacionis mee presentes fuerunt dominus petrus sacerdos de nes. Dilecta vxor mea hulmfridis. Mater sua cecilia, Gener meus vlf. Frater karolus & frater bo de siktunia. peto insuper humiliter ad maiorem huius facti euidentiam sigilla venerabilium dominorum, videlicet domini mei J. dei gracia vpsalensis electi ac capituli, Domini magni Jonsun, Domini benedicti bosun & conuentus fratrum predicatorum siktonie presentibus firmiter apponi. Datum rwetum anno domini M^oCC^o Nonagesimo primo XVII kal. Junii.

Sigillen: No 1 Andeligt, mycket skadadt; 2, 3, 4 bortfallne; remsorna quar.

1048.

1291 d. 16 Maj.

Tweta.

CICILIA RAGNWALDS DOTTERS testamentariska förordnande om sin efterlemnade egendom.

A. 4. b. 2.

IN nomine patris & filii & spiritus sancti Amen. Ego CECILIA RAGNWALDS DOTÆR de hoa memor humane fragilitatis & quod terminus mortis omnibus sit incertus, sana tamen & incolumis testamentum meum de bonis michi a deo concessis in meorum remissionem peccatorum ordino in hunc modum. Ecclesie vpsalensi do vnam marcam den. Fratribus predicatoribus siktonie apud quos eligo sepulturam sex marcas den. Fratribus minoribus vpsalie vnam marcam den. sororibus sancte clare in stocholm vnam marcam den. Ecclesie funbohered duas marcas den. Ecclesie othinshargh duas marcas den. Hospitali infirmorum enikopie dimidiam marcam den. Item ecclesie nerthetunum duas marcas den. volo autem ut denarii superius in testamento meo assignati ante annum & diem post obitum meum a meis heredibus modis omnibus persoluantur. Sin autem ante annum predictos denarios heredes mei non soluerint assigno in vikaby quinque solidos terre pro testamento meo soluendo, distrahendos. Testes huius ordinacionis mee presentes fuerunt fratres predicatorum de siktonia, frater bo, & frater karolus. dilectus gener meus meghinthor & dilecta filia hulmfridis ac sacerdos

dominus petrus de nes. Insuper peto sigilla venerabilis patris domini Johannis dei gracia electi vpsalensis & capituli ibidem, ac fratrum predicatorum sictunie presentibus apponi. Datum rwetum anno domini M^oCC^o Nonagesimo primo Decimo septimo kal. Junij.

Sigillen: N:o 1 Andeligt; 2, 3 bortfallne; remsoarna kvar.

1049.

1291. d. 19 Maj.

Sigtuna,

MAGNUS JOHANS SONS testamente af fastighet till Skokloster för upprättande af en vicaria derstädes.

A. 3. b. 1.

Omnibus presentes litteras inspecturis. MAGNUS JOANSSUN, salutem in domino. Cum inter ea que animabus defunctorum subueniunt, potissimum sit immolatio hostie solutaris corporis & sanguinis domini nostri ihesu christi. Idcirco, saluti anime mee, ac meorum, prouidere desiderans, in monasterio sanctimonialium in scho, in quo corporis mei sepulturam eligo, vicariam perpetuam constituo, de Curiis meis, frøsaker & fullabro cum molendino ibidem, & insula Lisø, necnon predio meo in faldanes, sicut ipsa possideo, volens, vt prouisio dictorum honorum apud predictum monasterium sanctimonialium permaneat, & racione fructuum prouenientium de dictis bonis monasterium, ipsum vicarium in predictam vicariam per dominum vpsalensem institutum teneatur pascere decenter sicut et alios presbiteros monasterio seruientes, & pro uestitu amministrare eidem pecuniam annis singulis secundum taxationem & mandatum eiusdem Domini vpsalensis. Ceterum, ipsum vicarium ad dicendum quatuor missas, primam videlicet de beata virgine, secundam pro defunctis, terciam & Quartam prout eum sua deuotio direxerit, vigilias nouem leccionem semel, bis, septem psalmos cum letania septimanis singulis obligo, nolens eum per ipsum monasterium ad aliquid amplius astringi, nisi hoc facere uoluerit de sue beneplacito voluntatis. Si autem contigerit monasterium ipsum, ordinationes circa vicarium & vicariam factas, nolle seruare, & monitum legitime per Dominum vpsalensem, ea postposuerit emendare, ne mea per hoc frustrari possit intencio, volo ex hac presenti mea ordinatione, vt prouisio dictorum honorum, extunc ad Dominum vpsalensem absque cuiuslibet contradictione pertineat, & tunc ipse de predictis bonis in ecclesia vpsalensi perpetuum vicarium instituat, qui pro me & meis ad supra posita suffragia teneatur. volo eciam vt tempore defunctionis mee, bona in predictis Curiis conscribantur & sigilletur scriptum sigillis Domini vpsalensis & conuentus de scho, ut de predictis bonis certa semper in posterum noticia habeatur.